Oratione Germanica Tubingae auſpicaretur; forma dat quidem, vt aiunt, eſſe rei, non autem Formalitates, hiſce vtimur et non vtimur, prout id ſuadet res ipſa et ſuprema omnium Lex, bonum publicum. Indulgebitis ergo, (ita de humanitate Veſtra et prolixa in me beneuolentia confido,) hanc licentiam et praeſentia Veſtra honorifica, quotquot Veſtrum Academiis non ſolum, ſed et mihi, et literis bene cupitis, calcar in ſtadio mihi praefixo decurrere incipienti addetis, eoque ipſo me ad exhibenda et Vobis eo ſereniori animo pro tenui mearum virium modulo quaeuis humanitatis officia quam plurimum deuincietis. Scripſeram haec die 13. Iunii

A. MDCC XXXVI.

Coll. diss. A. 202, misc. 18

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn334566134/16
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft